

secundum specialem, vel secundum personalem atq; individuum rationem. In posteriori modo est vera; in priori falsa.

10. *Qui Æthiopem (aut laterem) lavat, is hominem perfundit aquâ:*

Sed qui Æthiopem lavat is frustra agit, & operam perdit:

E. qui frustra agit & operam perdit, is hominem perfundit aquâ.

Resp. Phrasis, *lavare Æthiopem*, duo significat 1. aqua abluere corpus Æthiopis. 2. operam perdere. Hæc sunt distinguenda, ut duo diversa enunciata, quæ in argumento sumuntur, quasi essent unum.

11. *Quisquis arat littus, terram proscindit aratro,*

At operam perdens, littus perhibetur arare,

E. operam perdens, littus proscindit aratro.

Resp. *Littus arare propriè* significat, littus vomere proscindere, atq; ita sumitur in *majore*: *translatè* verò, operam & laborem perdere: atq; ita accipitur in *minore*, unde fallax oritur conclusio.

12. *Quod*

Re
42
de
du
Ni
fal
qu
Si
tu
de
tur
mi
De
Ent
plu
amb
est
sit a
vid.